



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

XLII. Gottfried von Thun, Knappe und Burgmann zu Thun, verkauft
drittelhalb Hufen in Döhren an das Kloster Diesdorf, am 8. September
1307.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

tamen iure prelatorum et aliorum, quorum interest in presenti et in posterum poterit interesse, quibus per dicti principis donacionem et nostram confirmationem grati et rati habicionem nullum volumus penitus in presentiarum et in posterum preiudicium generari, Sed eos illesos in omnibus conferuare. Vt autem uobis predicta donacio et nostra confirmacio, grati et rati habicio firma et a quolibet permaneant inuoluata, Ac in ipsius evidens testimonium perpetuum, presentes litteras de nostra certa sciencia atque iussu conscriptas vobis damus Sigilli nostri munimine roboratas. Facta est autem hec confirmacio in curia nostra magdeborch presentibus viris domino Gerberto dicto Smuek canonico sancti Sebastiani in Magdeborch, magistro Johanne Gruwelhut, domino alberto de Reuelde plebano in Gorliz, Conrado cappellano nostro, necnon domino Gerhardo milite de wadescinkel, et aliis quam pluribus fide dignis ad hoc rogatis et vocatis, Anno domini Millefimo Trecentesimo Septimo, in die Sancti Barnabe apostoli, pontificatus nostri anno III^o.

XLII. Gottfried von Ihun, Knappe und Burgmann zu Ihun, verkauft drittheil Hufen in Döhren an das Kloster Diesdorf, am 8. September 1307.

Ego Godefridus famulus, dictus de Tvnis et Castellanus ibidem, Recognosco tenore presentium et protestor, Quod ego de communi consilio et consensu legitimorum Heredum meorum Honorabili viro domino Alverico, preposito in distorp, vendidi duos mansos et dimidium in villa doren Jure perpetuo possidendos Cum tali Jure, quo ego eos Habui et possedi. In cuius facti testimonium prefens Scriptum Sigilli mei duxi munimine roborandum. Datum Tunis, Anno domini M^o. CCC^o. VII^o., In die natiuitatis virginis gloriose.

XLIII. Gerhard, genannt Wolff und von Bezendorf, verkauft dem Kloster Jsenhagen vier Hufen mit ihren Einkünften zu Jubar und neun und eine halbe Hufe zu Ludelsen, am 23. August 1308.

Nos Gherardus, miles, dictus lupus et de betzendhorpe, Notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod nos vnanimi consensu et rati habicione fratrum nostrorum et patrum nostri Hermanni, Honorabili viro domino Johanni preposito totique conuentui in ysenhagen in villa, Jubere nuncupata, uendidimus quatuor mansos, ex quibus proueniunt in reddito Annuali duo quadrantes filiginis et duo quadrantes Auene, et in villa ludelsen nouem mansos et dimidium, ex quibus proueniunt sex quadrantes filiginis, et apud ipsam villam molendinum simul